

citur. Nam omissis iis, quae sup. lib. 1. cap. 16. inter alia, exempli gratia perpendens, que ordinante Deo ex Aestate ad Hyemem deducuntur, sed ita tamen, ut hinc Veris, inde Autumni benignitas interveniat, ne de uno extremo in aliud cum hominum danno prolaberentur. Qued bene agnovit Poëta, dum cecinit?

*Nec res hunc tanta posse perferre laborem,
Si non tanta quies inter frigidae caloremque
Iret, & exciperet eali indulgentia terras.*

C A P U T IV.

De pluribus miraculis, que in Novi Orbis detectione, conversione, & acquisitione intervenierunt, & divinam tanti operis voluntatem, inspirationem, & vocationem manifestarant.

S U M M A R I U M.

- 1 Deus miracula necessaria in Novo Orbe non prætermisit, quamvis in illis edendis parcerissimum sit.
- 2 Deus semper res novas & magnas, novis & magnis miraculis juvat, & ex insigni loco D. Augustini.
- 3 Ecclesia primaria, & predicationis Apostolicae fundamenta Deus multis miraculis communivit.
- 4 Miracula si deficiant, raro predicanibus creditur.
- 5 Miracula tot ac tanta cur Deus initio nascens Ecclesia patraverit, ex August. & Gregor.
- 6 Miracula multa, & magna tempore edidit in conversione novarum provinciarum, & exempla Anglia, Flandria, Hollandia & aliarum.
- 7 Ecclesia Dei semper habuit, & habebit potestatem & continuationem miraculorum, & est unum de principiis ejus signis.
- 8 Fidei Christianae Deus tribuit, ut montes transferre possit.
- 9 D. Gregor. Thaumaturgus, & alii sancti viri multo montes de uno loco in alium miraculose transulerunt.
- 10 Fides naturam superat.
- 11 Miracula in Novi Orbis conversione Deum omisso credibile non est, cum illis semper egant tyrones in Fide.
- 12 Infideli non tenetur fidem sibi predicantem credere, nisi rationibus, aut miraculis convincantur.
- 13 Credentes cito, leves sunt corde.
- 14 Fidei mysteria an, & quatenus evidenter credibili sint.
- 15 Miracula multa, & maxima in detectione, conversione, & acquisitione Orbis Novi intervenisse, latè probatur contra Victoriam, & alios.
- 16 Miracula aperta, & repetita Ecclesia qui negat, manus ipse miraculum facere dicunt, ex August. & alius.
- 17 Indorum Novi Orbis ita facilis, & brevis ad fidem conversionis, vicem obtinet plurimorum miraculorum, ex Balt. Chavas. & alius.
- 18 Hispani non potuerunt sine ope & vocatione divina, ita facile & breviiter Novum Orbem detegere, & convertere.
- 19 Ecclesia primaria Dei signum, & argumentum fuit facilis, & suavis multiplicatio credentium.
- 20 Indi in numeri brevissimo tempore Fidem & Baptismum receptorum Mexici, & in aliis Novi Orbis Provinceis.
- 21 Sacerdos quidam solus baptizavit septies centena Indorum millia.
- 22 B. Fr. Mart. Valentia Franciscanus, & socii innumerabiles Indos converterunt, & baptizarunt.
- 23 S. Franc. Xaver. solus plures homines ad Fidem converxit, & baptizavit, quam barecreti omnes ad suas sectas traduxerunt.
- 24 Conversionis Indorum cursus & progressus semper Regibus Catholicis maximè in votis fuit.
- 25 Autores recensentur, qui narrant, & excolunt mira-

Liber II. Caput IV.

- culorum incrementum Christianitatis Novi Orbis.
- 26 Indo hyssopo aliquando ab Hispanis Sacerdotibus baptizatos fuisse, an verum sit.
- 27 Hispanam gentem ob eximiam curam dilatandæ Fidei inter varias Indorum nationes, multum laudat Thom. Bocius.
- 28 Miraculi instar videri debent prævia dispositione, quibus Deus ordinavit detectionem & conversionem Novi Orbis.
- 29 Regum Catholicorum in audiendo, & juvando Columbo mansuetudo, & liberalitas, miraculosa videtur.
- 30 Christophori Columbi constantia in proponenda & exequenda navigatione, & detectione Novi Orbis miraculorum ingens a plurimi judicatur.
- 31 Oceanus veteribus inaccessus, post Columbi ad Novum Orbem navigationes, miraculo quadam mitis, facilis, & navigabilis redditus esse videntur.
- 32 Pontus Euxinus, olim Axenos, id est, in hospitalis dictus, postea se navigantibus Hospitalene & placidum præbuit.
- 33 Mare Pamphylium portentoso naturæ miraculo recessisse, & siccum iter præbuisse dicunt, Alexander Magno contra Persas exercitus ducenti.
- 34 Cangio Chan Tatarorum Regi, & exercitus ejus, dicitur mare miraculorum novem pedum transitum aperuisse.
- 35 Hispani divino beneficio, & quasi per miraculum, ea omnia in dergendo, & subiungendo Orbe Novo consecuti videntur, que adulterioris de suo Trajano Plini recentest.
- 36 Ecclesia, & Fidei Christianæ veritas probari solet ex facilitate bellorum, quo pro ejus defensione, aut extensione suscepta sunt, & auxiliis de celo per miraculum missis.
- 37 Theodosius Imperator auxiliis celestibus victoriam reportavisi, & carmina Claudiiani de hoc.
- 38 Autores recensentur, qui plura exempla, & testimonia adducunt de prosperitate bellorum, & auxiliis celestibus à Deo Catholicis datis.
- 39 Hispania, in bello contra Mauros susceptis, omnia miracula contingunt, que olim Deus Israelitis induit.
- 40 Belli justis, & ad Dei vocationem, & exaltationem suscepisti, semper ipse exitus fidelis concedit.
- 41 Deus non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam.
- 42 Causa pugnandi, si bona est, pugna exitus malus esse non potest.
- 43 Miracula, & auxilia celestia in bello nullibi magis frequenta fuerunt, quād in expeditiōibus Hispanorum, ad Novum Orbem fūlī.
- 44 Promissio Levit. cap. 26. in Hispanis in Novo Orbe praliantibus sapissime implēta fuit.
- 45 Milties Hispani duodecim in insula Hispaniola fugrunt du millia incolarum.
- 46 Ferdinand. Cortesius exigua valde Hispanorum militum manu plurimas victorias reportavit, Morecamam cepit, & totius Novae Hispanie Imperium adaptus est.
- 47 Franc. Pizarro. miraculosas victorias in Peruani Regni conquisitione habuit, & qualiter Atahualpa, ejus tyrannus superavit.
- 48 D. Jacobus Hispanorum Patronus multoties pro eis contra Mauros pugnare virsus fuit.
- 49 D. Jacobus sepiissime Hispanorum partes defendere virus est in bello, que cum Indis Novi Orbis, & etiam cum Orientalibus haberunt: & ideo in illis regionibus religiosissime venerantur.
- 50 Historia mirabilis, & pecularis D. Jacobi pro Hispanis pugnantibus apud Ciniam Novae Hispaniae opidum, cum ab Indis maximopere premerentur.
- 51 Beatisima Virgo Maria Hispania saep in Novo Orbe præstantibus operi tulit, & præseruit cum Mexicanis obessi essent.
- 52 Tacubano in monte apud urbem Mexicum templum Beatæ Virginis extructum fuit, & quare.
- 53 Cuzquensi in urbe Hispani numero pauci ab innumeris Indis obessi, & graviter impediti B. Virginis presentissimo auxilio liberarunt.
- 54 Araucanorum exercitus, qui Hispanos in urbe Imperia-

- 91 Pat. Fr. Petrus Corduba qualiter dæmonem apud Cu-
manenses convicerit, & ejecerit.
92 Pat. Fr. Alois. Bertrandi miraculum in cuiusdam da-
emonis expulsione.
93 B. Fr. Joan. à S. Francisco notabilis historia circa cu-
jusdam dæmonis expulsione.

Quartavis † certum sit, Deum Opt. Max. in patrandis miraculis parciissimum esse, adhuc tamen non minus certe affirmare poterimus, ea in detectione & conversione istarum gentium Occidentalium neiquam omisisse, sicuti ab fidem introducendam, stabilendam, & propagandam, necessaria esse judicavit. Semper † quippe divina ejus providentia, res novas & magnas, novis etiam & magnis signis juvare & fulcire conseruit, ut in Solis cursu ad Iosue vocem sub sistente, videamus, & in conflagratione montis, in quo Moysi legis tabulas dedit: & quo D. Aug. lib. 10. de Civit. Dei, cap. 13. sic habet: Cum enim lex datur populo, qua coli unus jubeatur Deus, in conspectu ipsius populi mirabilibus rerum signis ac motibus apparebat Creatori servire creaturam.

3 Et quemadmodum initio nascentis Ecclesiae ejus incrementa, & Apostolorum, atque aliorum predicatorum auctoritatē miraculorum potestate, & frequenter dispositi, & constabili, si 4 ne quibus raro prædicantibus creditur, cap. cum ex injunctio de heret. Matth. 10. Marc. ultim. Acto. 1. Paul. ad Hebre. 2. & 2. ad Corintb. 12. 5 & alibi passim. Quo † respiciens Div. August. lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8. necessaria inquit, miracula fuisse, priusquam conderet mundus, ad hoc ut crederet mundus; & in lib. de util. credens, cap. 24. Christus afferens medicinam humana generi primum miraculum conciliavit auctoritatem, deinde auctoritate meruit fidem, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetustatem, vetustate roboravit religionem: Et c. 16. Ac primum quidem facta sunt miracula, cum Deus ipse in verò homine huius mundo appareret, at iis tandem multitudine crescentium congregata, atque propagata in ipsos mores utilis converteretur auctoritas. Et D. Gregor. homil. 29. in Evang. Sed hec signa in exordio Ecclesia fuerunt, ut enim ad fidem crescere multitudine creditur, miraculus fuerat nutrienda. 6 Ita pariter † in remotis quibuscumque provinciis, que posterioribus seculis Evangelii nuntios audire meruerunt, eisdem miraculis incolarum animos præparavit, ut in Anglia contigisse referit idem D. Gregor. lib. 9. epist. cap. 58. Beda l. 1. hist. Ang. cap. 31. & lib. 2. cap. 2. & seqq. & in Flandria, Hollandia, & aliis incolitis nationibus illustris. Card. Baron. in annal. Eccles. anno 632. n. 6. & anno 666. num. 9. & 12.

7 Semper namque † hæc miraculorum potestas, necessitas, & continuatio in sancta Dei Ecclesia viguit, & vigebit, esque unum ex precipuis signis, quod ad ejus veritatem & auctoritatem confirmandam præstantissimum quicquid illius assertores notare, & perpetuare solent. Ut constabit ex adductis ab Illustris. Cardin. Bellarm. tom. 1. lib. 4. de not. Eccles. cap. 14. & tom. 2. lib. 2. de Sacram. Confir. cap. 2. Joan. Lorin. in Acta Apost. cap. 2. num. 44. Thom. Boc. de sign. Eccles. Dei, lib. 3. c. 6. pag. 107. lib. 5. cap. 1. lib. 20. cap. 1. pag. 310. in fin. Ant. Po-

sevin. in Biblioth. 1. tom. lib. 2. cap. 37. pag. 77.

Fr. Lud. Granat. in symb. Fidei 1. part. cap. 27. cum seqq. ex pag. 260. ad 287. & 5. part. p. 80. Balth. Chavas. de not. vera Relig. lib. 4. cap. ult; per totum, Bern. Aldrete de antiqu. Hisp. lib. 2. cap. 15. Fr. Joan. à Torquemad. in Monarch. Ind. lib. 15. cap. 45. & Just. Lips. in Diva Virg. Hallens. cap. 1. ubi ait: Omni aeo fuere miracula plerique omnibus locis & erunt in eorum, etiæ parciens densius, ut divina providentia visum.

Adeo † ut propagationi, & comprobacioni Christiana Fidei horum sit à Deo tributum, ut montes ex uno loco in altum transferre possit, Mat. 17. & Marc. 13. quod † à D. Greg. Thaumaturgo, & ab aliis sanctis viris multoties factum esse historiarum monumentis proditum est. Ut appareat ex relatis à D. Greg. Magno lib. 1. Dialog. c. 7. Nicephor. lib. 6. c. 17. Euseb. Casariensis. lib. 7. bistor. Eccles. c. 2. Specul. exempl. exempl. 145. Rutil. Benzon. in ann. Jubil. lib. 6. cap. 2. & Simone Majol. in dieb. Canicul. 1. tom. colloq. 16. pag. 375. & colloq. 4. pag. 79. Ubi inde concludit † quod fides naturam superat, & efficit, quæ nulla ars, naturae potest.

Unde † credibile non est subigendis & convertendis tot, ac tantis infidelium hujus Novi Orbis provinciis, miracula desuisse. Nam plane, ut Just. Lips. scribit. in Diva Virg. Sichenensi c. 2. Sicut pueris lac necessarium est ad alimentum, viris etiam uile, & juvat, sic tyronis, aut errores in fide miraculis nutritantur, viri, & robusti etiam oblectantur. Et in Hallens. c. 2. Miracula communiter religionem in animis excitant, & Deum credere, Deum colere suadent, & inducent. Præsertim cum Catholici omnes Doctores, & ipse † etiam Magia Victoria in diu. relat. de Ind. num. 34. concludant, exteris gentes, quales Indi isti Occidentales erant, & quoscumque hujusmodi, non obligari ad ea credenda, que Nostris fide Catholica prædicant, nisi aut apertissimis argumentis credibili fiant ea, quæ propoundunt, aut si hæc argumenta desint, miraculis, vel vita prædicantium illustrissima puritate doctrinam commendant, quia † qui citio alter eridunt, leves corde dicuntur Ecclesiast. 19. & in multis aliis locis ex omni literatura congestis à Tiraquel. in tract. de penit. temp. eis. 51. & Nensis. in sylv. nup. lib. 4.

De quo articulo, & an & quatenus Fidei mysteria t̄ evidenter credibili sint, videndum est D. Thom. 2. 2. quest. 1. art. 4. Bañez quest. 10. art. 1. dub. 3. conclus. 2. Aragon. ibid. art. 1. pagina. 255. vers. Sed dubitabilis, Tolet. in summ. lib. 4. cap. 2. num. 2. Petr. de Ledesma. in summ. 2. tom. tract. 1. cap. 5. conclus. 4. Azor. lib. 8. Instit. moral. c. 7. quest. 6. Gabr. Vazq. in 1. 2. quest. 76. art. 2. disput. 120. cap. 1. num. 4. pagina. 162. Fr. Thom. à Jesu de procur. omn. gent. salut. lib. 4. c. 3. pag. 130. & c. 4. pag. 141. Fr. Joan. Marquez in Gubernat. Christ. lib. 2. c. 34. pag. 362. novissimum Pat. Thom. Sanchez in summ. lib. 2. c. 1. ex num. 4. & Nos infr. cap. 10. in fin.

Sed ne conjecturis tantum niti videamus, agè precor, † & quoniam Victoria nullum, & aliis pauca miracula in tanto hoc opere intervenisse, scripserunt, ac proinde divina voluntatis, &

Liber II. Caput IV.

151

& vocationis titulos, de quibus egimus, in du bium revocarunt: ex historiarum fide, non quidem omnia (quod nimis prolixum esset, sed nobiliora tantum proferamus, & referamus quibus eorum convincatur opinio, & praediti tituli magis ac magis, colestibus signis muniti, corroborantur. Quorum si quis adhuc iniciator vel con tempor existat, majus ipsi † miraculum fecisse videbitur; ut in simili scriptis D. Augustin. lib. 22. de Civit. Del. cap. 8. Scotus in 2. quest. pro log. sup. lib. Sent. Joan. Maldonat. super Matth. c. 7. c. 180. & in nostris terminis Fr. Joan. Tor quemad. in Monarch. lib. 15. cap. 46. & Balth. Chavas. de not. vera Relig. lib. 4. cap. ultim. pa-

17 gin. 938. Ubi ipsam † adeo brevem, ac facilem totum animarum conversionem plurimorum miraculorum vicem obtinere posse, & debere, his elegantissimi verbis ostendit: Tertium sit, re centum infinitum Indorum tam Orientalium, quam Occidentalium conversio, que nisi admiratione digna videatur, quid videri possit necito? Nam profectio minimè humanarum est virium homines qui terra toti prius affixi erant, & cupiditatum suorum invenientia mancipia, totus se dare contraritis studiis, videlicet Christi obsequio, atque ut significantius loquer, seipso exuere in seipso armari, sibi ipsi bellum indicere, de seipso triumphare. Hec profectio mutatio est dextera Excelsi, digitus Dei est hic. Hanc mundi conversionem reponit D. Augustin. inter preciapa miracula. Et certè dilem matic isto uti possumus: Aut populi illi barbari ad Christi fidem nullo interveniente miraculo conver si sunt, aut aliquo interveniente: Si aliquo, est mihi quod volo, si nullo, hoc ipsum magnum est miraculum, potuisse converti sine miraculo, cum multi etiam posito non convertantur, sicut scriptum est, Joan. 12. Cum tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum.

Eadem considerationem, & argumentationem fecerunt, & non minus graviter illustrarunt Ant. Posevin. Thom. Boc. Joan. Boter. Rutil. Benzon, & reliqui Auctores, quorum verba supra, cap. praecedenti, ex num. 18. retulimus. Ete 18 him, ut ipsi rectissime animadvertisse, † non protest non divinae vocationis, & operationis miraculo tribui, quod Hispani nostri adeo numero pauci per terras sibi prorsus ignotas, & linguis, ac moribus admodum varias incidentes, ita in gentes progressus in disseminanda & induendanda vera Dei fide brevissimo tempore fecerint, & tot barbaros, & incultos homines relicti patriis religionibus, ad Christianam disciplinam conserterint. Hoc enim † signo & arguento tamquam fortissimo & evidentissimo veritatem ipsius Fidei Catholicae in exordio nascentis Eccles. & voluntatem Dei, ut mundus cum amplectetur, aperte comprobavit D. Paul. Cor. 2. Vide frater vocationem vestram, quia non multi sa pientes, non multi nobiles. Et eodem latè utuntur Justin. in Apolog. 2. D. Chrysost. homil. 34. in Mat. D. August. d. lib. 22. de Civit. Dei, cap. 5. Damascen. lib. 4. de Fide orthod. cap. 4. & latissime & eruditissime Thom. Bocius de sign. Eccles. Del. lib. 4. per tot. Majol. t. 3. colloq. 1. p. 265. Chavas. d. lib. 4. cap. 1. & Fr. Joan. Bapt. Fern. Francis. In demonst. Cath. lib. 2. disc. 6. & 7.

20 In solo namque † Mexicano Regno, paulo

post eius detectionem, baptismum suscepserunt quater, vel, ut aliqui assentur octo aut decem dies centena hominum millia. Et in archivis Caroli V. Casaris habetur; quemdam † Sacerdo 21 tem baptizasse septies centena millia; alium ter centa millia, alium centena millia, & alios plures, alios pauciores. Cumque postea in easdem horas delatus fuisset Beat. Fr. † Martinus à Valencia ex 22 ordine Franciscano cum duodecim sociis anno 1524. incredibile est, quod ipse cum suis Indos ad Christi cultum perduxerit. Nemo enim ex illis duodecim fuit, qui usque ad annos 1531. plus quam centum millia hominum baptismali laycro non lustrasset.

Quod mirum videri non debet, cum de † uno 23 Beato, & jam merito inter Divos relato S. Francisco Xaverio referat Thom. Boc. lib. 6. de sign. Eccles. Del. c. 3. pag. 221. in insulis Mauri ultra Mollucum in solo uno oppido, cui nomen Tholo, Christianorum omnis exatis amplius viginti quinque millia ab eo facta: & in aliis India Orientalis, Sinarum & Japoniorum locis plures homines ad Christi Caulam annis undecim reduxisse, quā innumerā haereticorum millia ex omni gente & natione, & toto orbe terrarum per ann. 1500. ad suas sectas traduxerint: & dixi alia sup. lib. 1. c. 3. num. 58.

Qui conversionis & cursus atque progressus 24 felici atate Catholicorum Regum Philippi II. III. & IV. haudquiam intermissus esse videatur; sed potius corum prudentia, piaque, & singulari gubernatione radii lucis Evangelicae undique per inauditas ante regiones diffunduntur, & Episcopis, & Presbyteris, alisque egregiis, & Religiosis viris indesinente studio, & expensis maximis commendantur; qui, juvante Deo, quotidie colligente fructus maximos & uberrimos, ut præter alios tradit Torquem. in Monarch. lib. 17. c. 19. & 20.

Et possem quidem latius in hoc argumento 25 vagari, & nisi prædicti Auctores pluribus encomiis, & exemplis miraculorum magnum hoc Christianitatis Novi hujus Orbis augmentum suis scriptis plenissime prodidissent, præcipus Thomas Boc. Boter. & Posevin. & ali de quibus sup. lib. 1. c. 16. num. 69. & seqq. & ultra eos idem Joan. Boter. in d. 4. part. lib. 3. pag. 55. & 76. Nicol. Sander. divisib. Monarch. lib. 7. Laurent. Surius in comment. ann. 1518. fol. 515. Alanus Cop. Dialog. c. 6. pag. 783. & c. 34. pag. 934. & seqq. Simon Majol. 1. tom. colloq. 23. pag. 506. Didac. Vald. de dignit. Reg. Hisp. c. 19. num. 53. & seqq. Fr. Alphons. Ferd. in hist. Eccles. nostri tempor. in prolog. lib. 1. pag. 3. & c. 10. 11. & 44. Fr. Joan. à Ponte de convenienti utrinque Monarch. lib. 1. pag. 54. & Fr. Joan. à Torquemad. in d. Monarch. Ind. lib. 15. cap. 45. & 46. & lib. 16. c. & 8. Ubi tract. post Bot. d. pag. 76. † an ve 26 run aliquando fuerit, quod quidam Sacerdotibus nostris impingunt, tradentes, eos hyssopo Indos interdum baptizasse.

Unde recte † dicere potuit idem Thom. Boc. 27 lib. 8. cap. 1. Nalla unquam gens, ex quo Adamus habuit liberos, tot nationes moribus ac ritibus dis similes ad unius religionis cultum, vel earundem legum studium perduxerit, ut Hispana. Vix enim quisquam possit enumerare gentium varietatem,

mo-

moreisque illarum prorsus inter se dissidentes, quas Hispani sub imperium suum miserunt, & ad Christi venerationem perduxerunt, unusque Dei cultum. Sunt in promptu historia, legat qui volet; & idem repetit lib. 12. cap. 21. circa finem, & l. 21. cap. 3.

Sed ut pergamus ulterius, merito etiam eiusdem auctoribus † pro miraculo sunt, pravae illae dispositiones, quas Deus summa providentia ad facilorem hujus conversionis, & acquisitionis exiit ordinavit, ut in cap. p̄ced. terigitimus, neenon Catholicon † Regum Ferdinandi &

Elizabeth in audiendo Christophoro Columbo mansuetudo, & in eō jubando & classe, & militibus instruendo liberalitas, eo præseruimus tempore, quo Granateni bello totum fiscum exausebant, & quo à multis usu rerum, prudentiaque valentibus viris irridebatur, & ab aliis Regibus quos prius adjerat, tamquam nugator, & delirus expulsus fuerat.

Miraculosum † quoque, nec immorit, iudicant ipsius Columbi in concepta Novi Orbis inveniendi, & detegendi cogitatione constantiam, & per vastum, inusatum, & procellosum Oceanum pelagus navigationes. Quod † non minori miraculo, cum antiquis prorsus inaccessum, & impervium existinaretur, & revera esset, ut multorum experientia monstravit, iuxta ea, quæ latè diximus supra, lib. 1. cap. 11. ex n. 47. Postea Deo ita disponente, mite, facile, & permeabile redditum esse videtur, ita ut de eo illud dicere possimus, quod de Nigro, sive Constantinopolitanō Ponto refert Strab. lib. 7. Carol. Stephan. & Joan. Funger. In suis dictionariis, verb. Euxinus, qui cum olim nullis navigationibus patiuit, ac proinde Axenos, id est, in hospitalibus dicebat, postea ab Joninibus eas oras habitabitus, frequentari, & veluti domari coepit, ita ut deinceps Euxinus vocatus sit, quod hospitibus placidum, commodum, & pervium esse significat. Unde Ovid. lib. 5. Trist.

Frigida me cohobent Euxini littora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

33. Magno † etiam Alexandro, & ejus militibus Pamphylium mare, portentoso natura miraculo, cessisse, sicut olim Rubrum filii Israël, Exod. 1. & Sapient. 19. & illac iter aperuisse, cum aliam viam non haberent, antiquitas tradit, & serio affirmant Joseph. lib. 2. antiquit. cap. 7. & Genebrard. lib. 2. Chron. eam rationem reddentes, quod Deus ejus opera ad destructionem Persarum Imperium uti decrevisset. Licet fabulosum fuisse ostendat Plutarch, in vita ejusdem Alex. Strab. lib. 14. Petr. Crinit. de boneit. discipl. lib. 17. cap. 13. & Maluend. de Antiechrist. lib. 5. c. 16. pag. 295. Ubi cum Haithono in hist. de Tartar. cap. 17 alius non minus fabulosum simili refert 34. de Cangio Cham Rege Tartarorum, cui mare per novem pedes à montibus, quibus ante adhuc habebat, retrocessit, ut latam viam ad transiendum cum exercitu suo versus Occidentem reliqueret.

35. At verò † nostris Hispaniæ Regibus, & eorum militibus, si Oceanus siccum transitum non dimisit, ita tamen (divino ut diximus beneficio) se placidum, & facile præbuit, ut vere illis in dete-

gendas, conquirendis, & convertendis his Barbarorum provinciis illud applicari possit, quod adulatore Pinius de Trajano suo in Panegyric. scriptum reliquit: Quid si quis Barbarus Rex eo insolenta, furorisque processerit, ut iram tuam indignationeque mereatur, ne ille, siue interfuso mari, seu fluminibus immensis, seu precipiti monte defenditur? Omnia hac tam prona, tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, ut sub sedis montes, flumina exaruisse, interceptum mare, illatasque sibi non classes nostras, sed terras ipsas arbitretur.

Rursus † nemo est, qui nesciat inter p̄cē 36 pua signa & miracula, quæ Fidei Catholice, & Ecclesie Romanae veritatem ostendunt, constitutam etiam, & perpendi solere prosperitatem & felicitatem, quam ferè semper ejus sedatores, & fautores habuerunt in bellis expeditionibus pro ejus defensione, aut propagatione susceptissimis & auxilia cœlitus missa, quibus Deus cum paucis plurimos fudit, & alta multa miraculosus operatus est, quæ mortales vires assequi non valent, ita simul ostendens, ejusmodi bellorum causas justas, & sanctas esse, & victorias tales non solum permittere, sed jubere. Ut in illa † Theodos. Imper. contigisse videamus, cum ad 37 versus Eugenii prope Aquilejanum pugnaret, de qua Claudio. vates, quanvis non Christianus, sic cecinit in Panegyric. ad Honoriū:

To propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obvias adversas acies revolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine repulit hastas:
O nimium dilecte Deo, cui fundis ab antris
Aëlos armatis acier, cui militat Æther,
Et conjurati venturi ad classica veni.

Et in multis † aliis exemplis, & gravissimorum 38 auctorum testimoniosis, quæ latissime ad prædicta signa comprobanda, & exornanda tradunt Tert. & ejus additionat. Pamell. in lib. contra Scapul. D. Chrysost. orat. 3. contra Iude. Medina lib. 2. de recta in Deum fide: Thom. Boc. de sign. Eccles. lib. 8. cap. 7. lib. 17. c. 7. per tot. & lib. 20. cap. 10. & lib. 21. & 22. per tot. Bapt. Fulgos. lib. 1. cap. 6. Theatr. vita human. vol. 3. lib. 3. pag. 1048. & seqq. Fr. Lud. Granat. in Symbol. Fidei, lib. 3. pag. 1. Simon Majol. in dieb. Canis. 1. tom. colloq. 19. pag. 436. vers. Et quidquid fælici, & 3. tom. colloq. 2. pag. 302. & 362. Fr. Thom. à Jesu de procur. omn. gent. salute, lib. 2. cap. 3. pag. 136. Balth. Chavas. de not. ver. Relig. lib. 4. cap. 4. per tot. Fr. Joan. Marq. in Gubern. Christ. lib. 1. cap. 17. pag. 97. & lib. 2. c. 25. pag. 310. Zevall. in præb. 4. tom. quæst. fin. ex num. 149. & novissimè & eruditissimè D. Joan. Baptist. Valenzuela in discursu de jure stat. & belli, part. 2. consid. 22. & Fr. Joan. à Ponte in conven. utr. Monarch. lib. 3. cap. 1. & melius lib. 2. cap. 3. pag. 370. Ubi vel † in so- 39 lius Hispaniæ prælliis omnia miracula intervenisse ostendit, quæ olim Deus populo Israëlitico clementer indulxit.

Est enim semper † in bellis felix successus eorum, ad quæ Deus vocat, qui non secundum armorum potentiam, † sed prout ipsi placet dat dignis victoriam, ut habetur 2. Machab. cap. 15. & 2. Paralip. 13. & 16. Unde D. Bernard. sermo ad

42 ad Milites templi, cap. 1. rectissimè inquit: † Si bona fuerit causa pugnandi, pugna exitus malus esse non poterit. Et D. August. epist. 194. Quando pugnatur, Deus spectat, & partem, quam inspicit justam, ibi dat palmam. Quibus convenient alia, quæ ultra auctores suprad relatos tradit Simon Majolus 3. tom. colloq. 2. de bellis eventib. 359. P. Gaspar. Sanctius in Isai. cap. 44. n. 66. pag. 447. Pat. Fr. Joan. Marq. d. lib. 2. cap. 27. pag. 324. & Nos tetigimus sup. lib. 1. c. ult. 89. & 90. & 607. & infr. lib. 3. c. 2. ex n. 22.

43 Quia cum ita se habeant, † dubitari quidem non potest, hæc eadem miracula nullibi apertiis, & frequenter contigisse, quām in Indiis istis expeditionibus & debellationibus, cum passim legamus Hispanos nostros paucissimos numero, omni sociorum auxilio destitutos, in terris sibi prorsus incognitos, innumerabiles Indorum exercitus, quos vel ipsi adorabantur, vel è quibus adorati erant, facile Deo auxiliante fuisse, & eorum insidias, obsidiones, & incursum faciliiter superasse. Ita † ut in illis impleta videatur promissio, que Deo inservientibus facta est in Levit. c. 26. vers. 7. & 8. Persequimini inimicos vestros, & corruent coram vobis; persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia cadent inimici vestri gladio in conse-etu vestro.

45 Quod, vel exemplo † illorum duodecim militum comprobari potest, qui in insula Sancti Dominici in provincia Higueri duo incolarum militia fugarunt, & alibi ducenti, centena millia, ut tradit Herren. decad. 1. lib. 2. c. 17. & lib. 6. c. 9. 46 pag. 202. Et insignis illius, † numquamque satis laudati Duci Ferdinandi Cortessii, qui exiguæ valde militum manu tor nobiles victorias saepissimè reportavit, & tandem maximum illum Mexicani Imperi Monarcham Motezumam, tercentis & amplius suorum millibus stipatum, intra propriam urbem prostravit, & in vincula congegit, totiusque Imperii summa pari brevitate, ac faciliter poritus fuit.

47 Quod idem † in hoc Peruano Regno strenuo alteri Duce Francisco Pizarro cum Atahualpa supremo ejus dominatore apud Chamarcam contigit, compertimus, de quibus & similibus aliis eventibus pleni sunt libri Petr. Martyr. Petr. Zieza, & Gomar. Ovet. Joan. Metelli, Levini Apollonii, Anton. de Herrera, Garcil. Incæ, & aliorum quamplurimorum, qui de rebus Novi Orbis scripserunt, & aliqua in nostris terminis nota Thomas Boc. dicit. lib. 8. cap. 7. pag. 329. Illes. in histor. Pontif. lib. 6. §. 8. fol. 212. & §. 14. fol. 337. Castill. de Bobadilla in Politica, lib. 4. c. 1. num. 6. & Fr. Joan. à Torquemad. in d. Monarch. Ind. lib. 4. per totum.

48 Eiusmodi certum est, auxilia cœlitus missa eisdem bellis frequentissimè intervenisse. Nam D. Jacobus † Hispaniæ nostræ gloriissimus fidissimusque patronus, sicut in antiquis ejus contra Mauros expeditionibus pro Hispanis potenter pugnare solebat, ut aperte testatur Rex Ramirius in diplomate cuiusdam donationis Ecclesia Metropolit. ejusdem Apostoli facta Episcop. Patent. in anacbalensi rerum Hispan. part. 3. cap. 26. Ambros. de Moral. lib. 9. cap. 7. Thomas Boc. ubi supra.

Tom. I. de Ind. jure.

Sic † etiam multoties in his Indiis Occiden- 49 talibus visus est, non minori cura dimicare, pro nostris, valde à Barbatis oppressis, & in maximo periculo constitutis, ensem, quem manu gestabat, adversus eos acerrime movens, & illorum animis ingentem terrorē incutiens, unde sanctissimus hic Apostolus in omnibus his regionibus religiosissime veneratur, ut resert Alan. Cop. Dialog. 3. c. 24. pag. 437. & sequent. & alli Autores statim citandi. Et idem in Oriental India accidisse tradunt Ludovic. Roman. Partie. lib. 6. sue navig. c. 40. pag. 289. Petr. Maffei. in histor. Ind. Orient. lib. 4. pag. 106. & lib. 8. pag. 182. & Fr. Anton. de S. Roman. in eadem hist. lib. 1. cap. ultim. pag. 193. & lib. 3. cap. 23. pag. 506. Freit. de Imp. Asia. c. 18. num. 10.

Sed liber † peculiarem historiam subjicerem, 50 quam ex nostris Scriptoribus accepti, & ut mirabiliter recoluit Cardan. lib. 15. de rer. var. cap. 81. & Theat. vite human. vol. 3. lib. 3. pag. 1051. Nam cum Hispani pedites vix numero ducenti, à quadraginta Indorum millibus premerent juxta Cinciam Nova Hispania pagum, partim ob loci inqualitatem, partim ob arborum copiam, supervenire visus est eques quidam qui cujusdam militis (nomine Franc. Morla) aspercum refrebat, qui tot, tantaque urgendo, terrendoque peregit, ut Indi pedem retraherent. Mox & ipse abiit, & cum Indi multitudine freti, iterum premere Hispanos tentarent, cumque jam in manifesto discrimini positi essent, supervenient, denuo idem eques, ac Indos resilere coegerit quidam cum tertio fecisset, abiisseque, rursus instantibus Indis supervenit Ferdinand. Cortessius Dux Hispanorum cum tridecim, equitibus, Indosque in fugam compulit, exercitumque dissipavit. Cum autem Hispani ad urbem, quam occupaverant, rediissent, constavat, equitem illum non fuisse Franc. Morlam, cum ab viarum difficultatem illuc pervenire non potuisse. Equo vehebatur eques ille rubeo, & maculoso, & ejus auxilio nullus ex Hispanis in tam diuturno prolio cœsus fuit, sed septuaginta tantum vulnerauit, ipse quoque eques nullum ex Indis occidit, nullum vulneravit, sed solum turbavit, & perterrita fecit, eumque Hispan. Divum Jacobum communem ipsorum Patronum, Cortessius D. Petrus proprium ejus tutelarem, & dominum esse affirmabat.

Idem † quoque ecclæsticæ, ac supernum auxiliū Hispani nostri non minus frequenter, & opportune Beatissima Virginis Del. Matris Marie interventione experti sunt, & tunc præsertim in Novæ Hispanie debellatores multitudinem, & obsidionem Mexicanæ exercitus ferre non valentes, clamculum à civitate exierunt, ad Tacubanum montem confugientes, ut se ibi commodiū defendere possent. Alma quippe hæc, & sanctissima Domina ante Hispanos adstant conspecta est, illius tanti numinis auxilio defensens, & in adorantes Indos terram purissimis, & Virginis manibus jacans, quæ corum oculos excavat, & in fugam convertit. In cuius beneficii memoriam Hispani postea t̄ templum eximia hodiè devote 52 conseruent, super dictum montem adificare, sub advocatione, De nostra Señora del Socorro.

Similisque, propemodum casus † in urbe Cuz- 53 quen-

quensi, quae huius Peruani Regni caput, & Incarum sedes habebatur, configisse competitur. Nam cum innumerabilis Indorum turba Hispanos inopinatò obsedisset, ipsi qui vix ducenti erant in domum quandam se receperunt, ubi nunc Cathedralis Ecclesia adificata est, & post variis incursus, & confusis, in quibus D. Jacobi Apostoli visibili patrocinio miraculose liberati sunt; cum tandem Indi in tecta domus, quae ex paleis constabant, ardentes tudas validissimis conatis mitterent, nullum tamen damnum, neque incendium inferre potuerunt, eò quod mulier quadam specie decora, supra tectum residens, ignem, mox ubi ardore coepit, extinguente, & pulverem, sive rorem Indorum oculos spargebat, quo excacati, ubi essent, aut quo irent, penitus ignorabant, ut ipsi postea restati sunt, & cum magno simul timore, & admiratione prædicarunt.

54 In Chilensi etiam Regno eadem Domina, venerabi Sene comitata, retrocedere fecit ingenitum Araucanorum exercitum, quia ad expugnandum urbem Imperiale tunctum auxilio, & munimine destitutam, alacriter proparabat, & hac divina ope liberata fuit, cuius miraculum postea ex ipsorum Araucanorum relatione constituit.

55 His aliud non incongruenter adjicere possumus, quo Deus initia conversionis & acquisitionis hujus Peruani Regni dispositus videatur. Etenim cum priuò Francisc. Pizzarus, & socii ejus oras præternavigantes ad oppidum *Tumpi*, sive *Tumbez*, nomine pervenerunt; quod tunc mutuissimum arcem habebat, & plurimis Indis plebeis, & militaris incolebatur, ad tantum populi conspectum anxi animo substitere, quidnam

56 facerent dubitantes; quoque unius ex illis, t Petr. *Candia* vocatus, se in terram iturum obtulit, & Indorum vires, mores, & divitias exploraturum. Ad quod faciendum, suis armis induitus, Crucem præterea ligneam hastæ loco dextera sumpsit, & scapha in litus delatus, intrepide per medianas Indorum turmas progredi coepit; qui hoannis proceritatem, habitum, & audaciam mirari, illum impetrare ausi non fuerunt, Divinum quidipiam esse verentes. Sed postea, mutato consilio, ut hoc securius experirentur, ferociissimum leonem & tygrum, quos in prædicta arce (& ad hunc effectum, ut fama est) à Guinacapæ temporibus asservabant, in advenam immiserunt, existimantes illicò rabidis animalium dentibus, & ungulis dilaniandum, ut in aliis sapè viderant contingisse.

At Candia illorum impetum impavidus spectavit, Christi Domini nomen, & auxilium fiditer invocans, & Crucis ejus signum illius obficiens. Quo adeptus est, ut animalia, naturali feritate deposita, pedibus ipsius prosterrentur, & instar domesticorum canum blandientia, & adulantia, ejusdem manibus per dorsa, & oras tractari, & demulceri permitterent. Quod cernentes indigena in priore opinione confirmati, illum quasi Solis filium genibus flexis venerari sun & ostensa arce, templo, & Regia gaza, quae ibidem custodiebatur, salvum, & donis onustum ad suos redire permiserunt.

58 Quas miraculosas tœlestis auxiliæ in bellis

Novi Orbis narrationes, & alias eis similes, passim recensent. Autores, qui de ejusdem Orbis historiis scripserunt; & præcipue Gomar. 2. p. lib. 2. Pet. Ziez. 1. p. c. 54. Josep. Acost. *In histor. moral. Ind. lib. 7. c. 7.* & ab eo transcribens Joan. Boter. in 4. part. *suar. relat. univers. lib. 3. pag. 84.* & seq. Anton. de Herrer. in *hist. gener. Ind. decad. 2. lib. 10. c. 9.* & alibi sapè: Thomas Bocius *dicit. lib. 8. c. 7.* & lib. 17. cap. 7. Alan. Cop. *Dial. 3. c. 29. ex pag. 437.* Enriq. Mart. in *report. Mexic. tract. 2. pag. 151.* Fr. Joan. à Torquemada in *Mozarab. Ind. lib. 4. c. 69. pag. 542.* Garcilas. *Inca in 2. p. comment. Reg. Peru. lib. 1. c. 11.* & lib. 2. c. 24. & 25. Ubi simul concludunt, minime dubitandum esse, omnes ferè victorias, quas Hispani in his provinciis habuerunt, per miracula paratas. Quamvis t̄ eas militari disciplina tribueret, videatur Bobadilla in d. *Polit. lib. 4. c. 1. num. 6.* Nam licet hæc ut ipse ibidem probat, efficere soleat, ut a paucis strenuis adversus multitudinem bene pugnetur: impossibile tamen erat, nostros adeò t̄ paucos, advenas, & maris, ac terra sibi 60. incognita mutationibus fatigatos, tot discrimina superare, & tot, ac tantas victorias, ita facilis, ac felici exitu de innumerabilibus Indorum myriadibus consequi; prævalidis quidem, & in propriis & naturalibus sedibus constitutis, atque ita estrus, frigori, & similibus coeli, & soli climatibus assuefactis, nisi Deus id miraculose pro eximia sua sapientia & potentia disponeret; cum ut Religio nem Christianam extenderet, tum etiam, ut Indorum peccata, & abominationes puniret, ut bene considerant. Autores *supra* relati, præsertim Acost. d. lib. 7. c. 7. & c. 24. 25. & 28. Thom. Boc. d. lib. 8. c. 7. pag. 329. Henric. Mart. d. p. 151. & Torquem d. lib. 4. c. 69. & c. 105.

Qui t̄ eodem modo objectioni aliquorum respondent, qui prædictas victorias ignavia, barbarici, & pusillanimati Indorum adscribunt. In quo adeò delirat Hieronym. Benz. male semper in his Hispanas affectus, lib. 1. sue *historie. Amer. c. 24.* ut asserere ausus fuerit, Hispanos in Occidente nihil preter bruta animalia, & bestias subegisset. Idque t̄ quendam Hispanum eum 61 optime intellexisse videri, qui cum in Africa ad Argeriam sub Carolo V. militariter simul cum Ferdinandio Cortesio, qui Mexicanum Regnum aperuit, subegit, & reliquis fugientibus ob Maurorum multitudinem quibus impares se esse cognoscent, Cortesium videret, clamore fugientes sistere, & horari socios, ut in hostem versi, cum strenue exciperent. Bellua isthac inquit, putat sibi rem esse cum suis Indis, quorum viginti quinque millibus fundendis decem equites sufficerent.

Etenim t̄ licet negari non possit, Indos nos-63 trorum comparatione pusilli animi esse, t̄ quod 64 omnibus Meridionalibus accidere tradit Cœlius Rhodigin. lib. 18. *leñur. antiq. c. 20.* cum contra Septemtrionales robustiores, & animosiores sint, Adic t̄ tamen, ut re ipsa in primis illis expedit-65 tionibus constitut, & quotidiano experimento cognoscimus, Indi non adeò imbecilles, ignavi, & inertes erant; sed in multis provinciis satis armati, fortes, & bellicos, reique militaris peritia suo more sufficienter instructi, & ubique copia, numero, ac prælanti commoditate adeò nostris

bant se valde provocari fassi sunt, ut de Nigris loquens tradit Aloys. Cadamust. in *relat. sua. rum navigat. c. 16.* & 25. & de *Careta regulo Terre firme*, post Ovet. Anton. de Herrera in *hist. gener. Ind. decad. 2. lib. 1. c. 10.* Ubi t̄ illum dixis-76 se narrat, se plane agnosceret, magis à Sole amari Castellanos, quam Indos, cum eis tot victorias concesserint, & coeli fulmina ad inimicos occidentes tradiditer, & musicæ artem, qua languentes amicos levare possent.

Sed Deus omnipotens, t̄ qui illas (ut sapè diximus) Hispanis Regibus tradere destinatar, ipsosmet Indos bellis intestinis inter se divisos, 77 pria ipsum manu prostravit: t̄ ut contigit in Medianis sub Gedcon. *Jud. 7. vers. 12.* mutuò se ferro perimentiibus, & in Phœnicis 1. *Reg. 14. vers. 20.* & in Egyptiis, juxta Propheticum Isaia sermonem *cap. 19. vers. 13.* ubi Gaspar Sanchez 78 *num. 7. pag. 206.* plura notavit. Et sicut tam in his provinciis, quam in aliis, Hispanorum vires, & audacia suprà modum adauxit, ita Indorum cordibus adeò magnum terroris immisit ut ad equi conspicuum vel ænei tormenti tonitrum, formidarent, & in facili invasione manus, & colla 79 submitterent. Non secus atque t̄ Samoni vires resistit, & corroboravit, ut de Philisthais videtur, dicitur sumere posset, Jud. c. 7. t̄ & contrario, Amorhaeos & Cananeos timidiissimos reddidit, ut filii Israël eorum terram dare posset, quā illis iam inde ab Abrahami temporibus pactus erat, ut habetur Genes. c. 15. & Deuter. 2. *vers. 25.*

71 ubi t̄ Deus ad Moysen hac verba locutus proponebit: *Hodie insipiam misteri terrorum atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni celo, ut auditio nomine tuo pavent.* & in more parturientium contremiscant, & dolore conterantur. Quibus alia similis habentur Exodi. 23. *vers. 27.* & Josue 2. *vers. 9.* & 11. & 15. *vers. 1.* *lib. 11d.* Est enim exploratissimum animum caderet illis, contra quos Deus pugnat, ut bene prosequitur Gasp. Sanctius in *Isaia. 13. num. 14. pag. 153.* & c. 17. *num. 18. pag. 194.* Martin. Delr. in *adag. 72. sacr. 3. tom. adag. 41. pag. 39.* Ubi t̄ hunc terrorem ei similem facit, quem vetustas, falso Deorum cultu seducta, *Panicum* appellabat de quo Orph. in *Panis hymno:*

Panicum immittens æstrum in fines terræ, incensum

73 Et Pindar. in Nemeis, qui t̄ etiam impavidis, & alias bello strenuis, contingere aliquando solere, his verbis insinuat.

Ita Divinis enim terroribus

Etiam filii Diorum fugiunt.

*Cum alii, qua in hanc rem tradunt Angel. Politian. in *Miscellan. cap. 26.* Erasm. in *adag. Panicus casus, pag. mibi 933.* Lili. Giral. de *Dits Gent. syntagm. 15.* & *Theatr. virtu humanae vol. 1. lib. 1. pag. 92.**

*Quo in facto Dei virtus, atque potestas mira-80 nosstram accomodatis Titus Imper. cum de Ju-
dæis, Jerosolima capta, se victorem videret, ad-
miratus tantam urbem, tamque munimata fuisse
superatam, dixit: *Pianè Dep. adjuvante pugnavi-
mus, ut tradit Joseph. de bello Iud. c. 16.* Et re-
fert Philost. lib. 6. de *vita Apollonis*, propter il-
lam viatoriam coronari voluit, quia Divina virtu-*

*74 Et hoc ita ut dicimus verum esse, vel ipsi t̄ Indi agnoverunt, quandoquidem ex hac felicitate, & prosperitate Hispanorum bellis, ad agnoscen-
dam, & sequendam fidem Dei, quem prædicava-*

Tom. I. de Ind. jure.

num se esse respondit: non enim se talium operum
autorum, sed Deo iracundiam contra Iudeos de-
monstranti, manus suas prebuisse.

81 Denique + cum demonum expulso, & idolo-
rum, sive Oracula orum silentium, & ruina, evi-
dens signum divinæ vocationis, & predicationis
veræ fidei in primitiva Ecclesiæ præstiterit, quod
ipsi quoque demones, vel inviti, facer cogeban-
tur; ut videre licet apud D. Chrysostom. homil. 26.
in Matth. Hieronym. c. 9. Matth. Laetian Firmian.
lib. 3. dñm. i. 23. Nicæphor. lib. 1. Eccles.
c. 17. Rufin. lib. 10. c. 10. & 19. Porphyri. lib. 1. Eccles.
de elegiis Phiblophi. Thom. Bocius de sign. Eccles.
lib. 14. 6. 3. & 4. & lib. 23. c. 1. Majol. d. tom. 3.
vollog. 1. pag. 307. & Fr. Thom. à Jesu de procur.
omn. gent. salut. lib. 3. c. 3. pag. 135. ubi nota-
da oracula, hoc aperte testantia, recensent, &
Nos infid. c. 3. n. 38.

82 Sic + pariter in his Indis Occidentalibus, ubi
primum nostrorum prædicatione Evangelice ve-
ritatis lumen illuxit, demones, & idola eos à Deo
missos declarantur, ut diximus supra hoc lib. c. 24
83 num. 49. Et has + provincias continuo relinquen-
tes, nullum amplius Oraculum reddiderunt, & ab
spectris, & illusionibus cessarunt, quibus ante
miseros indigenas fallebant, & deterrebant; vide-
litter tenebras dispergit lux, mædiacum veritas, &
84 sancta + Crucis signum, magnum illico silen-
tium dæmonum, magnam fugam induxit, quod
semper illis terrificum fuit, ut præter alios, plu-
ribus probat Petr. Fab. lib. 3. remestr. c. 1. pag. 20.
ita ut commode + hunc Virgilianum illuc applicare
85 possumus:

Excessere omnes adhuc sacrissima reliquias
Qui quis imperium hoc stetarit.

86 Ut pluribus exemplis sciri jucundissimis ostendunt + Petr. Martyr in decad. de Novo Orbe: Gon-
zal. Ovetus in sua hist. Ind. lib. 5. cap. 10. Gomar.
lib. 3. c. 6. Ludovic. Vives lib. 2. de verit. Fidi
Corist. quem referit Théatr. vit. human. vol. 5.
lib. 4. pag. 1468. Hieronym. Benzo. in hist. Ind.
lib. 1. c. 27. pag. 119. Thom. Boc. d. lib. 23. c. 1. pa-
gin. 504. & rursus lib. 2. c. 11. pag. 81. & lib. 5. c. 2.
& lib. 12. c. 21. pag. 143. & lib. 15. c. 17. pag. 146.
Mart. Delf. lib. 6. diquis. magie. c. 2. sect. 3. q. 24.
Thom. à Jesu lib. 4. c. 5. pag. 143. & Torquem. in
d. Monarch. Ind. lib. 18. c. 7.

87 Ubi inter alia referunt, + hoc miraculum
commune fuisse, ubicumque Columbus, & ejus
socii, & successores in his Occidentalibus insulis,
& provinciis pedem fixerunt, & sacrosanctum Eu-
charistia Sacramentum collocarunt, aut Christiana
doctrina magistris uti ceperunt: nam conti-
nuo dæmones obmutescerant, cum ante fre-
quentissima responsa prestare solerent, & + terra
motus, ac tempestates etiam cessarent, quibus
prædictæ provinciæ ab eisdem dæmonibus con-
quassari, & miserè deformari solebant.

Idem in Sinatur, & Japoniorum regionibus
contigisse narrant libri Societatis Jesu, & Fr.
Joan. Gonzal. de Mendoza, & Thom. Boc. ubi
supra referentes, demones ibi acerbæ, & miris
cruciatus obsessos vexasse, nec inde prius disce-
dere solitos, quam obcessi jurejurando firmarent,
se illis divinos honores in omnibus præstiteros

quod cessavit + ubi Christi Sacerdotes in eas pro-
vincias pervenerunt, & minis torqueere, sanctis
que verbis demones fugare ceperunt; ob quod
ab incolis in honore maximo habiti sunt.

Narrat etiam Fr. Aug. Davila in hist. Mexic.
Ord. Predicat. lib. 1. c. 40. Anton. Henr. in d. hist.
gen. Ind. decad. 2. lib. 4. c. 11. pag. 164. & Fr. Al-
phos. Fernand. in hist. Eccles. nostr. temp. lib. 1. c. 3.

in fin. apud + Cumianenses, Sacerdotes corum, Pia
ches dicitos, in speluncas intrate solitos, & post lon-
gam invocationem, & magicorum carminum reci-
tationem veluti à dæmoniæ obsessos, & constrictos
in terram cadere; tuncque interrogantibus

Oracula præberat. Quod cum intelligeret + Reli-
giosus ille Par. Er. Petrus à Corduba velletque
rem hanc penitus aperire, cruce, stola & aqua be-
nedicta munitus in speluncam cum multis Castel-
lanis ingressus, Pizachem corruptum exorcismis

liberavit, & dæmonemque de pluribus interrogatum,
& aptè respondentem, tandem fateri compulit; se miseros illos eousque suis imposturis

fraudassis, & corumque animas in barathrum de-
duxisse.

De Beato quoque + Fr. Aloisio Bertrand, qui
maxime Religionem nostram in his Occidentalibus
provinciis amplificavit, & mortuos ad vi-
tam revocavit; aliaque plura miracula edidit, re-
fert Thomas Boc. lib. 5. de sign. Eccles. Dei. c. 2.
pag. 157. quod cum incolas cujusdam vici ad eum
confluenter, nomen Christo dare parati interrogati
quid eos ad hoc adducere, responderunt, in
publico quadam arce universalis eorum conven-
tu dæmonem adstitisse, quem cuncti specie horribili
viduerunt, ac dixisse: Qui me adstantibus
duobus Christianis invocatis? (adserant quippe
forte duo ab Aloisio ad fidem perduti) abripite
eos hinc. Ubi hac dixit, homo quidam ab Aloisio
missus, repente in medium conventum pro-
cessit, & in conspectu omnium, disputatione ini-
ta, dæmonem convicerit, quibus actis ex oculis ads-
tantur evanuit.

Et idem Boc. lib. 12. cap. 21. narrat + de Bi-
Joan. à S. Francisco, quod cum in provincia Me-
xicana plurima idola Indorum multitudine ingen-
ti videente a pueris Christianis confingi jussisset,
eadem die dæmon facile deturpat, & membrisque

mutilatis apparuit Indo cuidam, qui aberat pas-
sum milibus sexaginta, dicens: En, ut à Joanne
malæ habitus sum, renque, uti gesta erat, expli-
cavit, efflagitans, ut adversus Joannem suam com-
tumeliam ulcisceretur, se ipsi opem latraturum,
dolique rationem, quæ flagitium perpetraret. Ag-
gressus est rem Indus, expectatimque Joannem

per insidas adortus, prægrandi fuste percussit,
aufugientes, trito evenit, & à persequentiibus
nonnullis comprehensus, rem detexit, & Christo
se dedit, sic dæmon tanti viri meritis & pietate

temporis & famulis spoliato.

88 Idem in Sinarum, & Japoniorum regionibus
contigisse narrant libri Societatis Jesu, & Fr.
Joan. Gonzal. de Mendoza, & Thom. Boc. ubi
supra referentes, demones ibi acerbæ, & miris
cruciatus obsessos vexasse, nec inde prius disce-
dere solitos, quam obcessi jurejurando firmarent,

se illis divinos honores in omnibus præstiteros

Indorum iniidi liberantur, & mare crucibus in-
nixi trajicunt.

32 B. Virginis Maria imago, & devotio plura miracula
in Novo Orbe fecit.

33 Reguli cujusdam insule Cuba notabilis, & miracu-
la historia, & victoria ob solam invocationem Vir-
ginis Marie.

34 Indus quidam, invocato nomine Virginis Marie, &
fubmine liberatur, tribus aliis sociis ejus idu per
cubitus.

35 Deiparae imaginem ex altari, ubi eam Cortesius collo-
caverat, Indi nullo modo deturpare posuerunt, &
conantes, calatibus suppliciis puniri sunt.

36 Baptismi, & aliorum Sacramentorum suscepit plura
miracula in Novo Orbe causavit; & Autores, qui
deis agunt.

37 Ferdinand. Magallanis in Zebu insula Regis nepo-
tem, & plures alios infirmos aqua baptismali sa-
navit.

38 Miracula historia famina cujusdam Indi, qua
Baptismum suscipere usque ad mortis articulum
recuperaverat.

39 Indi cujusdam Mexicanani Baptismus, & qualiter ejus
suscepione fuerit a demoniis ungibus liberatus.

40 Eucharistia evolare à manibus Sacerdotis, & in os
devote cujusdam Inde ingredi visa est.

41 Indus Christianus, pro mortuo jam deploratus, sur-
rescit, & plura, & miranda, de vita futura
narribit.

42 Cur Mercurialis, & Steelius in extasi multa de glo-
ria, & inferno viderunt.

43 Miraculum, quod Mechocabani accidit Indo cuidam con-
fessionem paranti.

44 Indi quidam, qui peccata gravia in confessione ce-
laverat, gravior à dæmons vexata, & afflita
fuit.

45 Miracula plura operata in Novo Orbe per variis om-
nium ordinum religiosos; remissive ad Autores;

46 Martyrum confessio, & pars est unum ex signi vera
Fidei, & Ecclesia Dei.

47 Joan. 2. 3. verba explicantur.

48 Martyres plures in Novo Orbe fuisse probatur.

49 Hieronymi Badesii epigramma refertur de Martyribus
Novi Orbis.

P Ossem quidem signis, & miraculis, quæ hæ-
cap. preced. recensui, Victoria scrupulo-

atque objectionis satisfecisse videri, & divine vo-
luntatis, & vocationis Novi Orbis non levia
consideratione, atque t. appositi cum

Just. Lips. in Virg. Hallens. cap. 2. & 3. exclaimare:
Ubi ea miracula video, & tam certa, & crebro

video, quid nisi favorem, & inclinationem Na-
turalis agnosco? Quid etiam, nisi velut tubam, &
classicum audio, quod ad talem Fidem, & catum
appellat. Non certus divine voluntatis argumen-
tum, quam à miraculis que Deus ipso homo factus
ut talem se assereret, atque ostenderet, palam ex-
hibuit, & vulgavit.

Sed tamen + adhuc alia non minus certa, &
magis specialia commemoratione operæ pretium exis-
timavi, qua Lectorem, ut arbitror, recreabunt,

& evidenter ostendunt, signa, & miracula, quæ
olim in primitiva Fidei prædicatione innotuerunt,

his etiam temporibus, & regionibus non defuisse;

quamvis charitas usque adeo refixit, & tam exac-
tè, ut oportebat, Evangelica prædicationis for-
ma alicubi servata non fuit. Spiritus + quippe

sancus dona, & charismata sua partitur, ut vult,
& si credimus Fr. Basil. Pontio Legion. in 1. part.
suar. disq. quest. 8. exposit. c. 4. Jam + hoc olim

per Davidem prædixerat, Psalm. 64. dum ait: Tur-
ba